ł ira — instructas acies campis expedierant . alta alpium latera atq; ineuitabiles transitus pre
missis callide insidiis occuparant . et iamsi numero ac uirib; inpares forent . sola tam̄
belli dispositione uictores ; At uero theodosius insummis alpibus constitutus . expers
cibi ac somni . sciens quod destitutus suis . nesciens quod clausus alienis . dnm̄ xpm̄
solus solū qui possit omnia corpore humi fusus . mente cęlo fixus orabat ; Deinde postq;
insomnē noctem per cum continuatione transegit . et testes pp̄e modū quas inpretium
presidii cęlestis appenderat . lacrimarum lacunas reliquit . fiducialiter arma corripuit
solus . sciens se esse non solū . signo crucis signum prelio dedit . ac se inbellū etiamsi
nemo sequeretur . uictor futurus inmisit ; Prima salutis uia extitit arbitrio hosti
liū partiū comes . qui cum ignarum imperatoris circū positus excepisset insidiis . conuersus
ad reuerentiā presentis augusti nō solum periculo liberauit . uerum etiam instruxit
auxilio ; At ubi ad contigua miscendę pugnę spatia peruentū est . continuo mag
nus ille et ineffabilis turbo uentorum in hora hostiū ruit . ferebant patrem spicula
missa nostrorum . atq; ultra mensurā humani ictus per magnū inane portata . nusquā pp̄e
modū cadere priusq; inpingerent sinebant ; Porro autem turbo continuus ora pectoraq;
hostiū nunc inlisis grauiter scutis uerberabat . nunc inpressis pertinaciter obstructa clau
ł cludeb — debat . nunc auulsis uiolenter destituta nudabat . nunc oppositis iugiter in terga trudebat .
tela etiā quę ipsi uehementer intorserant . excepta uenti impetu supinata ac retror
sū coacta ipsos infeliciter configebant ; Prospexit sibi humane conscientię pauor . nam
continuo sese parua suorum manu fusa . uictori theodosio hostilis prostrauit exercitus ;

.XXIIII. — Eugenius captus atq; interfectus ē . arbogastes sua sese manu perculit ; Ita et hic duorum
sanguine bellū ciuile restinctū est . absq; illis decem milib; gothorum . quos pre
missos a theodosio arbogastes delesse funditus refertur . quos utiq; perdidisse lucrū et
uinci uincere fuit ; Non insulto obtrectatorib; nostris ; unū aliquid ab initio urbis
ł felicitate — conditę bellum proferant . tam pia necessitate susceptū . tam diuina facilitate confectū .
tam clementi benignitate sopitum . ubi nec pugna grauē cędē . nec uictoria cruentā
exegerit ultionē . Et fortasse concedā ut nō hęc fide xpiani ducis concessa uideantur .
quā uis ego hoc testimonio nō laborem . quando unus ex ipsis poeta quidē eximius sed
paganus . peruicacissimus eiusmodi uerbis et deo et homini testimonii tulit quib; ait ;
O nimiū dilecte deo tibi militat ęther . et coniurati ueniunt ad classica uenti ; Ita cęlitus
iudicatū ē inter partem etiā sine presidio hominū de solo deo humiliter sperantem . et
partē arrogantissime de uirib; suis et de idolis presumentem ; Theodosius autem com
posita tranquillataq; re pub . apud mediolaniū constitutus diem obiit ;

.XXV. — Anno ab urbe condita . īcxlviiii . archadius augustus cuius nunc filius theo
dosius orientem regit . et honorius augustus frater eius cui nunc res pub innititur .

Gray Scale 0 1 2 3 4
Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

© HAB http://diglib.hab.de/mss/80-gud-lat/start.htm?image=00180

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss80-gud-lat/0199